

714/2008

N. _____



CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Studiorum Institutis), lectis perpensisque Statutis Instituti Theologici sub titulo v. *San Pietro* in civitate Viterbiensi siti, Facultati Theologicae Pontificii Athenaei sub titulo v. *S. Anselmo* in Urbe aggregati, ad normam Constitutionis Apostolicae *Sapientia christiana* recognitis, quae in eorundem XLII articulis definiuntur ac statuuntur, **rata habet** atque ad alterum quinquennium **approbat**, iisque ad quos pertinet ut rite observentur praecipit; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die XXV mensis Iulii, a. D. MMXIII.


PRAEFECTUS

+ *A. Vincentius Jacini*

A SECRETIS



**CONGREGATIO
DE INSTITUTIONE CATHOLICA**
(DE STUDIORUM INSTITUTIS)

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Studiorum Institutis), attentis litteris postulatoriis Rev.mi Magnifici Rectoris Pontificii Athenæi sub titulo v. *S. Anselmo* in Urbe nomine Magni Cancellarii legitime præsentantis; cum compererit curriculum studiorum in Instituto Theologico sub titulo v. *San Pietro* in civitate Viterbiensi sito academicis rationibus aptatum esse; re undique perpensa ac collatis consiliis cum iis quorum interest, ad normam art. 63 Constitutionis Apostolicæ *Sapientia christiana*, necnon art. 48,1 *Ordinationum* eidem Constitutionis Apostolicæ adnexarum, idem


INSTITUTUM THEOLOGICUM
sub titulo v. *San Pietro*

Facultati Theologicæ memorati Pontificii Athenæi

AGGREGATUM

pro munere hoc Decreto ad alterum quinquennium **constituit declaratque**, ex primo et secundo cyclo Facultatis Theologicæ constans, ad academicos gradus scilicet Baccalaureatus et Licentiæ in Sacra Theologia per Facultatem aggregantem consequendos, sub ductu et vigilantia eiusdem Facultatis positum; servatis peculiaribus Statutis ab hac Congregatione approbatis; ceteris servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romæ, ex ædibus eiusdem Congregationis, die XXV mensis Iulii, a. D. MMXIII.


 PRÆFECTUS


 A SECRETIS